



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iona Propheta**

**Luther, Martin**

**Argentorati**

**VD16 B 3892**

Atqui uitam meam ex internitione eduxisti, domine Deus meus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36534**

## ANNOTATIONES

*bi montes radiabus suis contingūt sese mutuo, Que omnia Iona, ueluti is qui in mari submergitur, diat, qui ad superna cogitat, aut sicut is, qui submergi quēpiam cernit, & finem eius secum recogitat, nam si supra se cogitat, aquarum collectiones supra se uidet, & utrinq; littora, algam ac terram, Quom uero in mare descendit atq; submergitur, æque est illi, ac si inter montes, ad fundum usque caderet, ibi demum in sempiternum terra cum repagulis suis & uectibus continuit & conclusit, hoc est, non secus cogitat quā quòd illic eum manere oporteat, nec unquam inde emergere possit. Quemadmodum enim, qui in carcerem conclusi sunt, uel in turrim intrusi, egredi non possunt, quum ostiū & fenestra conclusa sint, sic & ille in mari permanere cogitur, si descenderit semel, Tum illi terra, id est, montes inter quos mare suos meatus habet, pessulum obdidit, et uectibus eū firmavit, hoc est aquis adeo cœpit & custodiuit, ut nusquam detur exitus, Hic iterum uides, quales habuerit Iona in pisce cogitationes, abi, potus & omnium rerum profecto oblitus egregie fuit, letalibus tantūmodo cogitationibus luctatur, immo de uita omnino desperat, totus existens morti deditus, nec ibi dū inuocandi Dei locus est.*

**Atqui uitam meam ex internitione  
 eduxisti**

ēduxisti, domine Deus meus.

Meliora nunc sequuntur hic, & alie cogitationes Ionæ subeunt, Hic fides caput erigit ad uincendū diuida, desperatæ hic demum cogitationes cessant, Eo temporis, quom in altissima cōstitutus eram morte, & nihil minus sperabam, quā uitam. quandoq̄ dem impossibile erat ut uiuerem, tu cum tua uirtute ingentiq̄; miraculo aduentabas, me amq̄; uitam, tum à morte, tum ab interitu educebas, Sic quando funiculus tenacissimus est infringi solet, Quocirca Deo, adiutor in necessitatibus, est nomen inditum, ut is tum succurrat, quando omnia desperata & impossibilia fuerint, At quid ille faciat, dum sic iuuat, ausculta.

VI Deficiente anima mea domini recordabar, precesque meæ ad te pertingebant ad templum sanctum tuum.

Principio gratiam et spiritum impertit Deus, ut erectum cor misericordie domini recordetur, utq̄; posthabuis de ira Dei cogitationibus, sese à Deo iudice, ad Deum patrem conuertat, Verum hoc non ē humanarum uirium, Siquidem Iona hic adserit, animam suam defecisse, eiusq̄; uim & opera, præter deflectionem & desperationem fuisse nihil, Quod uero domini mentionem facit, et credere inapit, id non est